



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Avla ... Thesavrorvm Dei In Passione D. N. Iesv Christi
Effusorum ad Resvrrectionem Mvltorum**

Eyschen, Georg von

Coloniæ, 1655

Lectori Christiano.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45515

LECTORI
CHRISTIANO.

Commentarium pium, Ascetis æque
ac Pastoribus animarum seu Docto-
ribus populi Christiani utilem datu-
rus luci, Passionem Domini N. Jesu
Christi, tanquam sublimissimum, lucentissimum
atque ardentissimum montem mysteriorum Dei,
Moysi olim præfiguratum in rubo ardente, elegi, ut
ad Visionem illam grandem elicerem populum
Christianum, apud quem & in quo videntes san-
ctificabuntur. Et quoniam quadruplex extat pas-
sionis Dominica Historia, secundum quatuor
Euangelistas, ne ulla optimi operis particula me
preteriret, Commentarium meum in quatuor quo-
que Aulas distinxì, ut in unaquaque earum, per
varia cubicula, digesta peristromata, aulaa, cim-
meliaque spectatori commodius monstrarem: &
quomodo Principes in Aulis suis maiorum suorum
fortia facta, obsidiones, prælia, aliaque depicta
commonstrant ingessuris; ita in Aulis hisce meis
Passio & Virtus Domini N. delineata discursi-
bus mentis, & tincta affectibus varijs quasi colo-
ribus oculos intuentium reuerberaret. In harum
Aularum

Aularum primam, in qua Passionem Domini secundum I. Euangelistam depinxi, te hac vice & anno induco, in alias iam quoque exadificatas & pietas sequentibus annis Deo propitio inducturus. Te quicumque ista leges, oro, ut si tibi ob excellentiorem animi, ingenij, pietatisq; dotem parum poterit prodesse, tua gratia alijs pusilliore animo, ac ingenio prae ditis liceat prodesse: ita & tu caritatis beneuola, & ego caritatis benefica corona potiemur, sic optabam Colonia A. 1655. 8. Septembris die B. M. V. nata Sacro.

Tuus in Christo

G. ab Eyschen,